



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

32. An si qui porrigeret venenum Clerico incidat in censuram? Et quid de
Moniali sumens venenum, vt fætus moriatur. Et notatur propinantem
venenum Clerico in censuram non incurrere antequam venenum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

enim particularis illa persona non sentiat injuriam: sufficit tamen injuriam fieri per illum actum uniuerso Ordini clericali, in cuius favorem lata est à iurisperita excommunicationis. Et sic videmus, quod percutiens Clericum, etiam volentem, non evadit prædictam poenam latam in cap. Contingit. interdictum de sent. excomm. cui sanè favori renuntiari non potest per aliquem privatum. Ita ille.

2. Sed proflus sententiam negativam sustinendam esse puto, & ideo dicendum est, quod si nulla violentia facta vestes ex domo Clerici auferat latro; aut cingulum, quo actualiter cinctus est, furtivè abstulit, aut pecuniam ex crumena ab eo gestata arripuerit subdole, & sine vi; quia non est hoc propriè violentia, sed actio furtiva, ideo fur non est excommunicatus. Ita Caiet. verb. Excomm. cap. 6. vers. Nota secundo Summa Aftenfis part. 2 lib. 7. tit. 3. cap. 2. §. 20. & Angelus verb. Excomm. §. n. 29. Molin. tom. 4. de just. tr. 3. disp. 51. Coninch de censur. 2. disp. 14. dub. 1 §. n. 166. Sayr. lib. 3. cap. 26. n. 16. contra S. Anton. 3. p. tit. 25. c. 1. §. Tertio notandum, ante finem: ubi minus bene opinatur, per has actiones incurri excommunicationem. Sed ne recedas ab opinione Caiet. & aliorum, quam etiam tenet Suar. de censuris, disp. 22. sect. 1. n. 34 quibus omnibus adde Fragos. de Rep. Cbr. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. n. 17. quia ut diximus, supradictæ actiones non sunt actiones violentæ, sed furtivæ. Ergo non includuntur in verbis Canonis, Si quis suadente.

RESOL. XXXI.

An si quis capiat Clericum, vel Monachum per capillos, seu barbam, aut capitulum dicens, si non esses Clericus, vel Religiosus, te occiderem, vel percuterem, incidat in censuram?

Et notatur Clericum indignatum elevando manum contra alium Clericum reicientem illum aliquantisper de loco, in quo morabatur, non incidisse in censuram. Ex part. 9. tract. 4. Resol. 35.

^{Sup. hoc sup. in res. 1 §. 2. propè finem, à vers. Qui num. 146.} **N**egative respondet Bordonus in conf. regul. tom. 1. res. 28. n. 38. quia ad incurrendam hanc censuram necesse est, ut injectio manuum exterius sit consummata in sua specie læsionis, & non tantum cepta: verba enim cum effectu sunt accipienda, cap. Relatum, de Cler. non resid. unde Panormitan. in c. Cum in cunctis, §. Clerici, de elect. dicit, quod ubi poena imponitur, illa nunquam incurritur, nisi delictum inchoatum sit consummatum: & Archidiaconus in c. Qui bona, 17. q. 1. col. penult. dicit, quod in poenis spiritualibus, cuiusmodi est hæc, & censuris imponendis, consideratur effectus, & non affectus, & voluntas malè agendi: Tum, quia præfactæ manuum injectiones perpetratae in laicum, non censentur peccaminosæ mortaliter, cum sint imperfectæ, & non lædentes: ergo neque in his casibus; ac proinde excommunicationis locum non habet in illis. Percussio enim tam subita, & tam levis quæ laico illata non esset mortalis, excusat ab incurfione censuræ, ut docent Armilla. n. 7. Caiet. cap. 10. Navar. c. 27. n. 85. & ex illis relatis Bariola conf. 22. §. Primo. Tum quia, ut dicit Megala lib. 4. cap. 1. n. 8. huiusmodi injectio iudicata levis respectu externi actus, tam secundum læsionem, quam secundum injuriam, quamvis fiat suadente Diabolo, & cum peccato mortali, non ideo inducit hanc poenam: & talis est in casu nostro. Tum, quia, in rigore loquendo, illæ non sunt in injectiones manuum, neque percussiones, cum nulla sequatur læsio: sed solum designationes, & declarationes volendi in jicere manus, quæ sine dubio hanc poenam non inducunt, cum in se nullam speciem læsionis habeant, licet aliquando in iuriose sint; non tamen in genere in injectionis,

quæ consistit in læsione ad distinctionem injurie verbalis, ad quam potius reducuntur illæ, quam ad injectionem. Tum, quia huiusmodi conditionales, & protestationes relevant protestantem, cum non sint contraria factio, per notata in cap. Cum M. de conf. Et blasphemans cum protestatione excusatur: quia per talia verba non intendit blasphemare. Lazar. q. 1. de blasphem. n. 31. Floron. cap. 3. §. 1. a. n. 4. & alios citans. Ergo idem dicendum est in nostro casu, cum sic tangendo non percutiatur, sed declaret animum suum esse, quod percuteret, si non esset Religiosus. Ita tenet Angelus Excomm. §. n. 16. & 29. Tabiena Excomm. §. n. 41. vult incidere, si faciat animo injuriandi: sed id iustitieri non potest, quia non punitur animus, sed factum ipsum, & in his imperfectis actionibus semper ad animum injuriandi: requiritur præterea effectus ipsius animi. Nobiscum aperte sentit Barbosa de civ. Et hæc omnia docet Pater Bordonus loco citato.

2. Sed mihi magis placet opinio affirmativa; & ideo assero, in casu superiusposito, illum incurrisse in censuram. Et ita tenet Grassius part. 1. de c. lib. 2. cap. 45. n. 47. & tom. 2. conf. 1. de sent. excomm. n. 8. & 13. Gellenzonius conf. 82. quibus ego addo Episcopum Sperellum in suis dec. tom. 1. dec. 45. per totam Leonem de conf. recollect. §. n. 145. & seq. Carolum de Grassis de conf. Cler. effect. 9. n. 132. Ioan. Friedberg. in Sum. lib. 3. tit. de sent. excomm. n. 47. litera T. & Sylvestrum, verb. Excomm. §. 3. ubi individualiter asserit, capientem Clericum per capillos, & eique dicentem: Nisi esses Clericus, hæc, & hæc facerem, incurere in censuram nostri Canonis. Quod probatur: quia ad hunc effectum non requiritur actio physicè non relevans, ut sit peccatum mortale: sed sufficit, eam esse contra immunitatem corporis proprii, seu contra jus, quod unusquisque habet in corpus suum, vel ut sit gravis contra honorem, dummodo corpus attingatur adeo ut quamvis contactus physicè consideratus levissimus sit; si tamen, secundum moralem estimationem, sufficiat ad gravem in injuriam contra honorem, & reverentiam Clerico debitam, sit satis ad hanc censuram incurrendam. Quæ doctrina profectum plurimos quotidianos casus, tum nostrum potissimum determinat, videturque de mente Molinæ tom. 4. de just. disp. 57. Reliquas rationes videbis apud Sperellum, qui respondet ad rationes adductas à Patre Bordonio, præsertim ad illud argumentum, quod talis actio non videtur constituere peccatum mortale: ergo per illam non incurritur excommunicationem: hoc proflus negandum est. Adi illum. Non desinam tamen hic adnotare, Bariolam virum doctum docere in conf. 22. Clericum indignatum elevando manum contra alium Clericum, reicientem illum aliquantisper de loco, in quo morabatur, non incidisse in censuram.

RESOL. XXXII.

An si quis porrigeret venenum Clerico, incidat in censuram?

Et quid de Moniali, sumentem venenum, & factum mortuatur? Et notatur propinantem venenum Clerico in censuram non incurere, antequam venenum operari incipiat. Unde queritur, an si talis isto medio tempore confiteretur, vel eliceret actum contritionis, incidere ne posset, veneno operante, in censuram?

Et in §. 1. hujus Resolutionis cursim multi, & diversi casus explanantur, pro incurfione censuræ in illis qui reducuntur ad percussione injuriosam persone Clerici, &c. Ex p. 9. tr. 4. Resol. 36.

Negativam sententiam docet Aylla de cens. part. 2. cap. 5. disp. 3. dub. 12. col. 2. ubi sic ait: Per violentas

Ob Clerici percussione. Res XXXIII. &c. 145

violenta manus intelligitur non solum percussio, quæ in rigore sit violenta; sed etiam illa, quæ est in iuriola personæ Clerici, siue talis percussio fiat immediate, vt quando aliquis infligit alapa Clerico; vel immediate, vt cum percutit ense, vel baculo, vel alio instrumento tangente personam Clerici, vt cum in jicet in Clericu saliam, aut pulverem; vel etiam tangendo rem ipsi personæ Clerici conjunctam, vt si vi raperet aliquid de manibus Clerici, vel à corpore illius; nã ibi includitur violentia: vel quando includit eum in carcere, vel in alio loco, à quo sine dedecore, & pudore non potest exire: similiter si Clerico equitanti aliquis violenter apprehenderet frangum equi, vel si abscinderet cingulum ephippii, vel si ita furiose insequatur Clericum, vt cogat præcipite se dare in fluvium, vel in aliud discedimen ad liberandum se. At verò si Clericus fugiens cadat, & vulneretur, insequens illum non incurrit excommunicationem: nam illa vulneratio, nec fuit intenta in seipsa ab insequente, nec in sua causa, scilicet, in fuga, quæ per accidens se habet ad talem percussione. Nota, quod non incurrit, qui occidit veneno in cibo, vel potu: quia non infert vim personæ, sed naturæ: secus si per vim faceret sumi venenum.] Ita Emanuel, & dicit, ita respondisse præcipuos Doctores, & Magistros Salmanticæ. Hæc Avila.

1. Sed contrariam sententiam docet Fragol. de Rep. Chr. tom. 2. lib. 1. disp. 2. §. 1. n. 18 Cast. Palaus 10. 6. disp. 3. punct. 3. §. 2. n. 2. Filiuc. tom. 1. c. 1. n. 5. n. 162. Molina tr. 3. disp. 51. Suar. de cens. disp. 5. sect. 1. n. 13. & Machado tom. 2. lib. 4. par. 1. tr. 14. docum. 3. n. 3. ubi sic ait: [Queda pues dudoso, y controverfo entre los Doctores; si el que mata à alguna persona eclesiastica con veneno, incurra en esta descomunion? Avila, y otros Doctores, que en su favor alega, sienten que no; porque aunque el agravio, que se le haze, es grãde, no es con violencia de manos, que es lo que principalmente prohibio este sagrado Canon. Però la mas comun, y recibida opinion es, que incurra en ella; fundase, en que semejante accion viene à ser en su efecto mas violencia, y injuriola, que darle de palos, bofetones, &c.] Ita ille. Non est igitur admittenda opinio Avilæ, quam præter citatos DD. refellit etiam Squil. de priv. clerice. c. 6. n. 5. Megala in 1. p. inst. Peregr. lib. 5. c. 14. n. 11. & alii. Ad id verò, quod Avila asserit, Rodriq. & Doctores Salmanticenses suam sententiam docere; ego apud Rodriq. non invenio, qui tantum ait, Monialem procurantem abortum non incidere in censuram; quod re ego concedo, vt alibi dixi: & est dispar ratio inter utrumque casum: nam in casu Monialis, illa actio non est in iuriola personæ, & statui: sed tantum in iuriola fortui: in casu verò, de quo loquimur, est actio in iuriola personæ, & statui: ergo. Et ita, præter DD. citatos, hanc sententiam tenet Hieron. Garc. in Sum. tr. 1. diff. 1. dub. 1. punct. 1. n. 18 ubi sic ait: [Però preguntata alguno: El que mata cum veneno, incurrit en la censura deste Canon? Rodriguez, Avila, con otros que citan, dicen que no: porque aunque el agravio, que se haze al Clerigo, es muy grande, però no es con violencia de manos, que es lo que principalmente prohibe el Canon. Però no obstante lo dicho, respondo con la comun de los Doctores, que incurrit este tal: porque esta accion no puede ser mas violenta, pues desata el alma del cuerpo, y destruye el compuesto del hombre; y assi mas violenta, y in iuriola le es al Clerigo, que si le dieran vn bofeton, ò le arrojaran polno, ò agua: y pues por estas acciones se incurre, à fortiori se ha de incurrit por cosa que causa muerte; y si es Clerigo el que da el veneno y muere la persona, no gozará de la inmunidad eclesiastica: però non incurrit la muger preñada, que toma veneno para mater el fœtus, porque en este caso, solo se haze violencia à la criatura, y no à su persona.]

Tom. V.

3. Nota tamen cum Squill. loco cit. & Suar. contra Bejam p. 1. cal. 46. & Naldum verb. Clericus n. 29. propinquantem venenum Clerico hanc censuram non incurrit, antequam venenum operari incipiat: nam antea non aderat actio violenta, cum venenum sine vlla vi fuerit exhibitum, vt supponimus. Vnde hinc intraret questio, si talis isto medio tempore confiteretur, vel eliceret actum contritionis, incidere ne posset, veneno operante, in censuram? Sed de hoc alibi.

Alibi in ref. quæ hic est sup. 29. & in aliis ejus not. 1. & etiam 2.

RESOL. XXXIII.

An percussiones Clericum mortuum incident in censuram? Ex p. 9. trad. 4. Ref. 39.

§. 1. Negativè respondet Decius apud Naldum, sup. hoc in verb. Sepultura, n. 5. & Henric. apud Thesaurum, de penis Eccl. p. 2. vers. Injuria, c. 2. vers. Ampliatur secundo. Et hanc opinionem sustinet etiam Jacobus de Grassis vol. 1. conf. 7. de sent. ex. com. n. 9. & Pater Leone de cens. recoll. §. n. 55. ubi sic asserit: [Non ea ratione, quia Clericus mortuus non habeat Ordines; nam etiam Novitius, & conversus non habent Ordinem, & tamen gaudent dicto privilegio Canonis; sed quia cadaver non est homo.] Quasi dicat: Qui non habet Ordinem, ex eo potest gaudere hoc privilegio, quia est persona Ecclesiastica: sed homo, & non cadaver, potest esse persona Ecclesiastica, quia vivus, & non mortuus, est de jurisdictione Ecclesie: ergo. Ex qua ratione hæc opinio redditur valde probabilis; nam, quando dicitur ab adversariis, quod mortuo etiam fiat injuria, conceditur totum: negatur autem, quod dicta in injuria fiat personæ Ecclesiasticæ, provt requiritur ad incurrendam hanc excommunicationem. Adde; quod ex eo, quia talis in injuria non fit personæ Ecclesiasticæ, nec habenti Ordinem, quia character imprimitur in anima, ex tali percussione non infertur in injuria statui Ecclesiastico: quod etiam requiritur ad effectum incidendi in hanc excommunicationem.

2. Sed alii Doctores affirmativè sententiæ adherent. Dicendum est itaq; quod non solum Clericus, & Religiosus vivus gaudet hoc privilegio: sed etiam, secundum aliquos, post mortem, in tantum quod injiciens manus violentas in eorum cadavera, incidere in excommunicationem: nam mortuo etiam fit in injuria, & violentia. Et ita, præter Naldum, & Thesaurum, locis cit. tenet Toletus lib. 1. cap. 32. n. 15. Squill. de priv. Clerice. c. 6. n. 36. Carolus de Grassis effect. 9. n. 140. Baiard. ad Clarum, §. fin. q. 10. n. 16. Belletus de fecor. Cler. cas. §. 1. n. 12. & Villalob. in Sum. tom. 1. tr. 17. diff. 22. n. 16. sic asserens: [Ha se de advertir acerca desto, que por este privilegio quedan descomulgados todos los que ponen manos en las dichas personas Eclesiasticas, ora esten vivos, ora mortuos.] Ita ille, quibus omnibus adde amicissimum Episcopum Sperellum tom. 1. dec. 45. n. 56. qui citat Brunum, Marfilium, & Ducnam.

RESOL. XXXIV.

An percussiones Clericum per jocum, si aliquantulum excedat, incurrat in censuram? Ex p. 9. tr. 4. Ref. 43.

§. 1. Ad hunc casum sic respondet Villalobos in Summa, tom. 1. tr. 17. diff. 22. num. 3. [Hai in ref. 1. §. muchos casos en los quales, el que hiere al Clerigo, vlc. inter ò Frayle, no està descomulgado, por no ser la accion illicita. El primero es, quando se estavan burlando, aunque aya sido algo demasado, como se dize en un texto: porque esto no se haze, Suadente Diabolo, y lo mismo es, quando se hizo à caso, como dize otro texto.]

Sup. hoc sup. in ref. 1. §. vlc. inter princ. & med. vers. Vel à fortiori causa joci

2. Sed ego circa ipsius dictum adducam ea, quæ observat.

N